

# INDEX SCHOLARVM

IN

# VNIVERSITATE LITTERARI GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE HIBERNVM

**ANNI MDCCCLXXXV—LXXXVI**

**A DIE XV. MENSIS OCTOBRIS**

HABENDARVM.

---

INSVNT

FRANCISCI SVSEMIHL ANALECTA ALEXANDRINA CHRONOLOGICA.

---

**GRYPHISWALDIAE**

TYPIS IVLII ABEL

MDCCCLXXXV.

# VNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

# RVDOLPHVS SCHIRM

CVM

## CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

---

Complurium aetatis Alexandrinae poetarum et grammaticorum tempora in libro minime spernendo, cuius titulus est „La poesie alexandrine sous les Ptolemées“ [1]) haud sine successu rectius, quam antea factum erat, definire s quidem, commilitones, data hac occasione quae ille de his rebus statuit partin mentis firmare partim complere partim corrigere conabor.

Et exordiar quidem a versibus illis notissimis Thalysiorum idylli VII. The

*ὥς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται ὅστις ἐρευνῇ*
*ἶσον ὄρευς κορυφᾶ̨ τελέσαι δόμον εὐρυμέδοντος,*
*καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδόν*
*ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι,*

quos utrum contra poetas epicos paulo antiquiores, velut Antagoram Rhodiu Apollonium scripserit Theocritus, hac de re adhuc sub iudice lis est. Illud sententiae his versibus prolatae auctor fuit iam ante Callimachum Theocritus: mus, certamini, quod inter Callimachum et Apollonium exarserat acerrimum, in f illius, cum ipse ad summum iam gloriae suae cacumen venisset, idem se im vero Theocritus si nusquam tale de novellis Homeri aemulis iudicium expres cisset, vix tamen propter eiusmodi silentium alius quasi hominis indueret pers Callimachus, si in eum idem caderet, profecto non esset Callimachus. Quapr non ille sententiae huius auctor fuerit, tam multo verisimilius est, ut, nisi vet

---

[1]) Paris. MDCCCLXXXII. Chapitre II. Essai de chronologie des premiers poètes alexandrins, p. 28—57.

rationes, iam hanc ob causam Apollonium his versibus ab illo impugnari putandum sit. At forsitan non vetent, sed iubeant: id quod si mihi continget ut demonstrem, fiet fortasse, ut alii aliis quoque locis velut carmine XIII° eundem ab eodem simili ratione tangi ostendant, qua de re ego quidem hoc certe loco quaestionem facere nolo: immo ne id quidem nunc examinabo, nonne certus insit in Apolloni Argonauticis locus (I,735 sqq.), cui Theocritus versus illos opponat.

Theocritum eo tempore, in quod incidit scaena illius carminis VII<sup>i</sup> lepidissimi, cum adulescens in Co insula iam laude quadam poetica nobilitatus, sed nondum artis suae principibus adnumeratus (v. 35—41) commoraretur, reapse eiusmodi iudicium fecisse vel, ut prorsus accurate loquar, ex alius poetae, cui se iam parem aestimabat (v. 27—31), ore Lycidae caprarii audivisse et non potius ex eo tempore, quo scripsit idyllium, adhibita licentia poetica in illud et in illius viri personam transtulisse quis est qui credat? At si his verbis Antagoram vituperare voluit aut alios poetas Antagorae aequales, vereor ne tale quid credere cogamur. Nam scriptum demum ab eo hoc idyllium esse, cum iam in summo gloriae fastigio staret, non antequam Alexandriam veniret, immo fortasse multis annis post in limine senectutis et in eadem illa urbe, ex ipso hoc carmine satis apparet. Iam dolendum est nobis non esse traditum, quo fere anno transmigraverit in aulam Ptolemaei Philadelphi, sed id tamen est certum laudationem huius regis, quae carmine XVII° continetur, extitisse ibi inter annos 276 et 270 vel certe 276 et 263: id quod ut iam Buecheler[2]) firmissimis argumentis demonstravit, ita etiam accuratius nunc inde definitur, quod Wiedemanni[3]) disquisitionibus ut Arsinoe soror, quam v. 130 appellat poeta regis *κασιγνητόν τε πόσιν τε*, ante annum 271 a Philadelpho in matrimonium ducta sit et Euergetem iam hoc anno adoptaverit admodum verisimile est factum. Quin immo Theocritus cum quae scripsit in huius laudationis v. 43 sq., si priorem Philadelphi uxorem spectant,

*ἀστόργου δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰεί,*
*ῥηίδιοι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὐ ποτεοικότα πατρί,*

scribere non posset, id quod monuit recte Buecheler, nisi priusquam sermo esset de hac adoptione, non anno demum fere 270, quae est eiusdem Buecheleri sententia, sed iam ante annum 271 hoc encomium condidit: cum tamen nuper alii[4]) Eurydicen potius Ptolemaei primi uxorem verbis illis carpi rectius fortasse contenderint, aut corruit aut nimis saltem incerta est haec ratiocinatio. ~~Venit igitur~~ poeta in Aegyptum inter annum 285 (vel 283), quo regnum iniit Philadelphus, et annum fere 275: ita ~~tamen hoc statuendum est~~, ut pro 275, si aliae res hoc suadeant, eodem iure 274 vel 273 vel 272 ponere liceat. Et factum hoc esse sumere cogeremur non solum vix ante annum 272, sed etiam inde a Co, si recte coniecisset

[2]) De bucolicorum Graecorum aliquot carminibus, in Mus. Rhen. XXX. 1875. p. 55 sqq.
[3]) Zur Chronologie der Arsinoe Philadelphos, in Mus. Rhen. XXXVIII. 1883. p. 384—392.
[4]) O. Hempel. Quaestiones Theocriteae, Kiel. MDCCCLXXXI. p. 64 sqq. Koeppius Ueb. die syr. Kriege der ersten Ptolemaeer, in Mus. Rhen. XXXIX. 1884. p. 209 sq.

Usener[5]) Aratum, postquam inde ab anno 276 usque ad Pyrri irruptionen
ctam in Macedonia apud Antigonum Gonatam vixerit ibique hymnum in Pa
quod ad carmen alludere Theocritum VII, 103 sqq. bene animadvertit Haul

---

5) Ein Epigramm von Knidos, in Mus. Rhen. XXIX. 1874. p. 41 sqq.

6) Quomodo e verbis vit. Ar. 3. p. 58, 18 sqq. Westerm. *ἐπισταθεὶς δὲ τῷ βασιλεῖ*
(*αὐτῷ* vet. transl.) *ποίημα ἀνέγνω τὸ εἰς τὸν Πᾶνα τῆς Ἀρκαδίας, εἶτ' ἐκείνου κελεύσαντος ἔγρα*
(cf. Arati genus ed. Breysig, Erfurt. MDCCCLXX, v. 28 sqq. *adsistens quidem regi primum*
*exposuit apud Pana Arcadium, idem [item?] ipso iubente scripsit ea quae videntur)* colligere
Koepkeus De Arati aetate, Guben. MDCCCLXVII, p. 5 omnino hoc primum Arati carmen
enim intellegere queo quae scripsit: „Aratum, cum in Macedoniam veniret, ut qui
mitias ingenii sui poetici in Antigoni regis notitiam perferret, tum tirone
adhuc rudem in arte poetica fuisse"), equidem non assequor. Neque rectius egit
editore. Ut enim de Iliade ab hoc recensita uno tantum loco vit. 1. p. 64, 60 sqq. *τινὲς δὲ*
*ἐληλυθέναι φασὶ καὶ γεγονέναι παρ' Ἀντιόχῳ καὶ ἠξιῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ ὥστε τὴν Ἰλιάδα διορθῶσαι*
35 sqq. *et gecraustius inquit quasi praesidens ab imperatore et eliadem scripsisse seu Homerum d*
ita primum e verbis proxime antecedentibus v. 58 sqq. *καὶ τὴν Ὀδύσσειαν δὲ διώρθωσε, καὶ*
*θωσις οὕτως Ἀράτειος ὡς Ἀριστάρχειος καὶ Ἀριστοφάνειος* apparere videtur revera Odysseam
editam (cf. vit. 3. p. 58, 22 sqq. *διώρθωσε δὲ καὶ τὴν Ὀδύσσειαν*, Ar. gen. v. 34. *didicit qu*
Suid. s. v. *Ἄρ. διόρθωσιν Ὀδυσσείας*), deinde consilium huius editionis parandae si reapse An
est, habebat tamen aut iam Athenis, cum ibi ante annum 276 philosophiae studeret, aut certe i
cum ibi per annos 276—274 commoraretur. Ut enim, id quod legimus ex Antigono Carystio
IX, 113. *φασὶ δὲ καὶ Ἄρατον πυθέσθαι αὐτοῦ* (intellege *Τίμωνος*) *πῶς τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀσφ*
*δὲ εἰπεῖν εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις* (cf. Suid. l. l. *ἀκο*
*φιλοσόφου δὲ Τίμωνος καὶ Μενεδήμου*) de his rebus Timonem Phliasium consuleret, factum ess
mowitzio (Antigonos von Karystos, Berol. MDCCCLXXXI, p. 43. n. 14 et p. 215) neque
aula Gonatae neque alio tempore. Et illud quidem omnes concedent, hoc, si quid video, m
Quamquam enim, nisi fallor, nihil obstat, quominus Timon iam tum potuerit Alexandriae v
cognoscere (Athen. I. 22d. Laert. Diog. IX, 110. *ἐγνώσθη δὲ καὶ Ἀντιγόνῳ τῷ βασιλεῖ καὶ Πτο*
*δέλφῳ, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἰάμβοις* [*ἰνδαλμοῖς* Wilam.] *αὐτῷ μαρτυρεῖ*), et quominus recensiones Ho
et a Rhiano editae, quas verbis allatis increpat, iam tum queant in lucem prodiisse, quaerat
cur non credere potius liceat compluribus demum annis interiectis post Pyrri mortem in aula
cum cum sceptico in eiusmodi colloquium venisse. Reapse enim cum Koepkeo puto Ara
degisse inde ab anno 274, postea vero in Macedoniam rediisse post Pyrri mortem, hoc est p
ibique e vita decessisse ante fautoris Antigoni Gonatae obitum, hoc est ante annum 240/23
3. p. 58, 24 sqq. *Δοσίθεος δ' ὁ πολιτικὸς* (vocem corruptam in *Ποντικὸς* mutaverunt A. Heck
p. 421 et C. Mueller F. H. G. IV. p. 400, at cum *Pelusinus* legatur in vet. transl., rectius
*Πηλουσιακὸς* Osannus Anecd. Rom. p. 320, Boeckhius Ueber die vierjährigen Sonnenkreise
züglich den Eudoxischen, Berol. MDCCCLXIII, p. 28 sqq., Breysigius) *ἐν τῷ πρὸς Διόδωρ*
*αὐτὸν καὶ πρὸς Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου καὶ διατρῖψαι παρ' αὐτῷ χρόνον ἱκανόν.* Ar. gen. v. 4
*autem Pelusinus in quo apud Diodorum venire inquit et apud Antiochum Seleucium et permane*
*pore sufficiente.* Suid. l. l. *καὶ παρ' αὐτῷ* (int. *Ἀντιγόνῳ τῷ Γονατᾷ*) *ἐτελεύτησεν.* Aut igitur
fallor, Odysseae editione, postquam incohata iam in Macedonia est ante annum 274, Antioch
hortatus eum est Antiochus Soter, ut etiam Iliadem recenseret, sed res non est ad finem perd
illa, id quod minus equidem crediderim, Antiochiae demum rege illo suadente vel favente susc
vel tunc nondum incohata, verum in Macedoniam reversus poeta, quae optima eius parandae ratio
sciscitatus, atque prorsus reicienda tota illa de Iliade narratio est. Io. Boehmeus De Th
feruntur *περὶ σημείων* excerptis, Hamb. MDCCCLXXXIV, p. 3. n. 2 sibi non persuasisse
witzium iam inter annos 276 et 274 Timonem Pellam venisse, sed causas non attulit. Cf. et
Ceterum cum Timone Arati praeceptore coniungit Menedemum Suidas l. l., quapropter eo qu
Macedonia demum usum esse quam antea iam Athenis, ut eum audiret, Eretriam petivisse cred

7) De vita Theocriti, Friburgi Brisigoviae, MDCCCL, p. 13 sq.

*Φαινόμενα* composuerit, et antequam se in aulam Antiochi primi conferret, interea per tempus quoddam in Co insula domicilium collocasse et tunc demum ibi Thocritum cognovisse atque familiaritatem cum eo contraxisse. Attamen ne hoc credamus impedire videtur, etiamsi alia non obloquerentur, nimis breve vix duorum annorum spatium, per quod, si ita se rem habuisse statuere velimus, frui ambo potuerint mutua amicitia in usu praesente. Sed sunt alia, quae tam vehementer oblocuntur, ut hanc insulam anno 274 iam dudum vel ante complures saltem annos a Theocrito relictam fuisse non dubitem. Plane enim mihi persuasit Vahlenus[8]) carmen eius XVI^um Hieroni dedicatum non, ut vulgo credebant[9]), anno demum fere 265, sed inter annos 274 et 270 ab hoc poeta, quem, si hoc ita se habeat, non Coum, sed Siculum fuisse credendum sit, Syracusis esse scriptum. Iam vero si hoc cum eis, quae antea disputavi, comparamus, etiam accuratius determinatur tempus: anno enim aut 274 aut 273 hoc encomium est attribuendum, et poeta, ut Vahleni verba mea faciam, favorem, quem antea apud alios viros divites ac potentes, deinde apud Hieronem in patria frustra quaesiverat, invenit Alexandriae apud Ptolemaeum Philadelphum. Praeterea ad Arati Phaenomena perficienda unum suffecisse annum duosve aegre crediderim, si vero tertio demum in lucem prodierant, carmen Theocriti illud XVII^um, quippe cuius initium prima eorum verba repetat, oriri vix potuit ante annum 273 vel certe 274. Ergo reapse anno demum aut 273 aut 272 Aegyptum petivit poeta, non vero e Co, sed e Sicilia huc profectus. Quae cum ita sint, nihil superest nisi ut Aratum quoque statuamus, ut qui Alexandriae nunquam vixerit, adulescentem, antequam Athenis in philosophiam incumberet, inter Coos non aliter atque Theocritum vixisse studiis grammaticis et poeticis deditum duce haud dubie Phileta. Et huic potius tempestati multo priori assignanda est scaena Thalysiorum Theocriteorum. Vivit enim summa gloria florens Philetas festi illius agrestis messorii die itinerisque a Theocrito ad id una cum amicis celebrandum suscepti, quae in hoc carmine describuntur, videturque princeps et antesignanus esse sodalitatis poetarum iuvenilis maxima ex parte aetatis, Theocriti, Arati, aliorum, qui fictis pastorum nominibus utuntur, velut Theocritus Simichidae, alter, qui Arato familiarissimus est, Aristis (v. 99 sqq.), nisi hoc verum eius nomen erat, tertius, et is quidem, si Meinekeum[10]) audimus, Alexander Aetolus, Tityri (v. 72 sqq. cf. III, 2 sqq.), quartus Lycidae caprarii cantorisque Cretensis (v. 11 sqq.), sub cuius persona Dosiadam latere coniecit Wilamowitzius[11]). Fortasse vicinarum quoque insularum

---

[8]) Ueber Theokrit's Hieron, Monatsberichte der Berliner Akademie MDCCCLXXXIV. p. 823—849.

[9]) Velut Haakhius in Paulyi encycl. III. p. 1299 sqq., Hauler l. l. p. 25 sqq., Fritzscheus, Hiller, Buecheler l. l. p. 51, Couatus p. 39. Multo cautius Bernhardyus Grundriss der griech. Litt. (Hal. MDCCCLXXII) II[3], 2. p. 566: „C. 16. kann nicht vor 270 geschrieben sein, ein Gedicht, welches bei würdiger Haltung ein jüngeres Lebensalter voraussetzt, als der Ruf des Dichters noch nicht allgemein anerkannt war."

[10]) Ad Theocr. VII, 72.

[11]) De Lycophronis Alexandra, Gryph. MDCCCLXXXIII, p. 12 sq. Minime mihi displicet haec coniectura, sed multo magis placeret, si Dosiadas Arae Doricae poeta alicubi Cres et non potius in subscriptione Anthol. Pal. XV, 27 (ἢ Δοσιάδα ἢ Σιμμίου. ἀμφότεροι Ῥόδιοι) Rhodius appellaretur. Scimus quidem omnes, quam exigua sit haec auctoritas, facileque potuit fieri, ut hoc a Simmia falso ad illum quoque transferretur: at revera num factum sit tale quid aeque incertum est atque utrum Dosiadas rerum Cretensium scriptor (v. Mueller

poetae, velut Asclepiades Samius, quem Sicelidam ut alii[12]) ita etiam Theocr cupat, et quocum ut cum Phileta se nondum certare posse confitetur (v. 37— messorii tempore, cum hac sodalitate foedere erant quodam coniuncti: certe N et poeta Milesius, cuius intima cum Theocrito familiaritas iam ex illis tem dubio est derivanda, ut recte eum eiusdem sodalici bucolici participem fu witzius censeat, utrum in Co an in Samo potius insula in studiis medicis sit, quamvis illic eadem admodum floruisse nemo nesciat, nihilominus dubito. A in Argum. Id. XI. συμφοιτητὴς Ἐρασιστράτου τοῦ Ἰουλιήτου[13]), Erasistratum au promontorio sepultum esse Suidas (s. v. Ἐρασ.) tradit his verbis: τέθαπται δὲ τῇ Μυκάλῃ καταντικρὺ Σάμου, e quibus multo facilius eum inter Samios quam inter suam, post ... ceps Seleuci Nicatoris medicus fuit, condidisse vix ante annu ... prorsus facile concludemus[14]): nam Alexandriae eum unquam ... ). Iam vero συμφοιτητής hoc loco, nisi admodum fallor, ... itur vel usus est, sed discipulum significat[16]). Erasistrat ... rodori fuerat discipulus et Metrodorus Chrysippi Cnidii, q ... Eudoxo non, id quod vulgo credebant, anno demum fere 362, Boeckhius[17]) demonstravit, iam anno fere 380 in Aegyptum esset profectus esse potest post annum 410[19]): ipse autem Metrodorus non post annum fere 3 editus esse videtur, ut eius institutione uti potuerit, et vix ante hoc tempus, s ultra sexaginta annorum aetatem progressus est, cum Pythiadem Aristotelis phil quae, cum pater e vita abiret anno 322, nondum matura marito fuerat[20]) p duobus viris nupserat et ex altero eorum duos filios pepererat, in matrimonium

ante anno post iam am in nove nihil...

F. H. G. IV. p. 399 sq.) cum illo poeta idem sit an non. Quamquam vestigium a Wilamowi quod nos ducat ad hanc sententiam, non contemnendum esse nequaquam nego.

[12]) Hedylus ap. Athen XI. 473 b et Meleager Anthol. Pal. IV, 1, 46 ab interpretibus

[13]) Recte enim Buecheler in Mus. Rhen. XXXIX (1884). p. 275 pro corrupto ποιητοί bet cod. Ambros., aut Ἰουλιήτου aut Ἰουλιήτου Κηίου restituendum esse vidit.

[14]) Sequor Rosenbaumium in Erschii et Gruberi encyclop. s. v. Erasistratus.

[15]) Nisi forte e verbis nimis indefinitis Celsi Prooem. lib. I. p. 4, 36 sqq. Daremb. l *fecisse Herophilum et Erasistratum, qui nocentes homines a regibus ex carcere receptos vivos inci* Tertullianus de an. 10 de Herophilo tantum loquitur.

[16]) Cf. quae de vocibus συσχολάζειν et συμφιλοσοφεῖν monuerunt G. F. Unger in (1882). p. 609. n. 10 et Zeller Philosophie der Griechen III[3], 1. p. 587. n.

[17]) L. l. p. 142 sqq. Oblitus est argumentationis Boeckhianae Wilamowitzius An 325, cum scriberet: „noch vor des Agesilaos ägyptischer Expedition, also (!) in den Sechziger Jah Jahrhunderts“. Cur igitur, quaeso, non iam anno fere 380?

[18]) Sotion ap. Laert. Diog. VIII, 87. Favorin. ibid. § 90.

[19]) Filium habuit Aristagoram et is filium eiusdem nominis cum avo Chrysippum medi Philadelphi, Laert. Diog. VIII, 89. VII, 186 (ubi recte υἱωνὸς pro υἱὸς restituit Wilamow 325 sq.). Schol. Theocr. Id. XVII, 128. Ad Chrysippum avum pertinere quae leguntur apu VIII, 90. εὑρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλον ἰατρὸν Κνίδιον κ. τ. λ. demonstravit Wilamowitzius l. l. p

[20]) Apparet hoc e testamento Aristotelis ap. Laert. Diog. V, 12. sq. Cf. Zeller l. n. 6. p. 21 sq. n. 2.

Φαι Annum 310[21]): potuit igitur simul instituere Erasistratum et Niciam[22]), si illum inter tem i fere 325 et 323, hunc anno fere 320 in vitam venisse sumere licet, at vix potuit ae e nnum 300, non solum quia tunc iam septuagenarius erat, sed etiam quia Erasistratus alia no no fere 294/3 per aliquod tempus, ut ex notissima, quae de amore Antiochi Soteris habuiss rcam Stratoniceen illius prudentia detecto narratur historia[23]), quamvis fabulosa sit, alia, ominus apparere videtur, medicus Seleuci fuerat, unde praeterea eum vix triginta tantum annorum virum illo tempore fuisse, verum natum potius iam esse inter annos 340 et 325 summa cum probabilitate colligemus: contra ea scaenam Thalysiorum, id quod mox videbimus, vix ante annum 292 ponere licet: ergo hoc demum tempore Metrodorus Niciam docere potuit haud paucis postquam Erasistrati studiis praefuit annis, si omnino potuit, at ne hoc quidem admodum credibile est, quoniam tunc iam erat fere octogenarius homo. Quae cum ita sint, discipulus potius, sicut dixi, non condiscipulus Erasistrati videtur fuisse Nicias et eodem fere tompore natus esse cum Theocrito et Arato, hoc est anno fere 315.

Redeamus enim ad Philetam. Qui antiquitus de vita Theocriti scripserunt, fontibus non multo uberioribus usi sunt quam hodie nos ipsi: quapropter consentio quidem cum eis, qui quae traduntur de Phileta et Asclepiade Theocriti doctoribus collecta tantummodo esse censent ex ipsis Thalysiorum versibus 39 sqq.

*οὐ γάρ πω κατ' ἐμὸν νόον οὔτε τὸν ἐσθλόν*
*Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω οὔτε Φιλητᾶν*
*ἀείδων, βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω,*

praesertim cum ipsi illi scriptores expressis paene verbis hoc confiteantur[24]), at de Phileta, quamvis obloquatur Hiller[25]), recta mihi videtur haec coniectura. Etsi enim plane ac diserte in his versibus ne dicitur quidem eum festi illius messorii temporibus domi vixisse, ita tamen haec verba sunt comparata, si cum tota carminis continuitate, ut par est, coniunguntur, ut poetae huius et grammatici clarissimi, quem etiam Zenodoti et Hermesianactis

---

[21]) Satis iuvenilis aetatis („wie es scheint, noch unerwachsen“ scribit Zeller l. l. II, 2. p. 22 sq. n. 2) annis fere 288—284 (Apollod. ap. Laert. Diog. V, 58) Aristoteles minor fuit utriusque filius, ut apparet e testamento Theophrasti ap. Laert. Diog. V, 53. *ἐξεῖναι δὲ βουλομένῳ φιλοσοφεῖν καὶ Ἀριστοτέλει Μητροδώρου καὶ Πυθιάδος υἱῷ καὶ μετέχειν τούτων* (int. *τοῦ κήπου καὶ τοῦ περιπάτου καὶ τῶν οἰκιῶν τῶν πρὸς τῷ κήπῳ*), *καὶ αὐτοῦ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πρεσβυτάτους, ὅπως ὅτι μάλιστα προαχθῇ κατὰ φιλοσοφίαν.* Patrem Metrodorum tum iam mortuum esse vero proximum, sed ex his verbis tale quid colligere non licitum est. Praeterea autem v. Sex. Emp. Math. I, 285. *Πυθιὰς δὲ ἡ Ἀριστοτέλους θυγάτηρ τρισὶν ἀνδράσιν ἐγαμήθη, πρῶτον μὲν Νικάνορι τῷ Σταγειρίτῃ, οἰκείῳ ὄντι Ἀριστοτέλους, δευτέρῳ δὲ Προκλεῖ Δημαράτου τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως ἀπογόνῳ, ὃς καὶ δύο ἐξ αὐτῆς τεκνοῦται παῖδας, Προκλέα τε καὶ Δημάρατον τοὺς παρὰ Θεοφράστῳ φιλοσοφήσαντας, τρίτῳ δὲ Μητροδώρῳ ἰατρῷ Χρυσίππου μὲν τοῦ Κνιδίου μαθητῇ Ἐρασιστράτου δὲ ὑφηγητῇ, ᾧ γίνεται παῖς Ἀριστοτέλης.* Demaratus in Theophrasti testamento unus est *τῶν κοινωνούντων*, ergo is quidem illo tempore iam erat adultus fortasse viginti octo annos natus. Plane falsa rettulit Plinius N. H. XXIX. § 5.

[22]) Ubi scholas suas medicas habuerit Metrodorus, ignoramus.

[23]) E multis testibus unum hoc loco afferre sufficiat Plutarchum Demetr. 49.

[24]) Schol. v. 40. *Ἀσκληπιάδην τὸν Σάμιον, οὗ δοκεῖ ἀκουστὴς γεγονέναι ὁ Θεόκριτος.* Vit. Theocr. p. 185, 42 sqq. Westerm. *ἀκουστὴς δὲ γέγονε Φιλητᾶ καὶ Ἀσκληπιάδου, ὧν μνημονεύει.* Cf. Georg. Choerobosc. p. 360 Gaisf. (v. Bernhardy. l. l.) *Φιλητᾶς ὁ διδάσκαλος Θεοκρίτου.*

[25]) Ad v. 40.

magistrum fuisse audimus[26]), inter discipulos summa cum auctoritate versantis eripiatur, certe ego quidem aegre sim permissurus. Ad Philadelphum instrue patre in aulam Ptolemaeorum vocatus est[27]), nisi omnia fallunt, aut anno alumnus quindecim annos natus erat, aut fere hoc tempore[28]): utrum manserit quae est Schulzei[29]), R. Koepkei[30]), Couati[31]) sententia, an postea post annos in patriam redierit, non accepimus: sed sive hoc sive illud statuimus, certe 295 et proximo tempore antecedente aut post annum fere 292 eo duce flori bucolicum, et illud quidem, sicut dixi, Couato aliisque, verum recte hoc Wila placuit. Quin etiam revera si Fistula Theocrito attributa genuina est, si Lyci est Dosiadas, si Dosiadae Ara et Theocriti Fistula monumenta certaminum lusi corum, qualia inter sodales Coos exercebantur, habenda sunt, quae omnia nequ probare neque praefracte negare audeo, verum multo tamen magis probo quam quod sine ulla dubitatione concedo, et haec poemata et Lycophronis Alexandra Dosiadeam scripta[33]) et Simmiae technopaegnia et Moerus Dirae et Alexandı quae alia tunc prodierunt mira similis generis artificia poetica eidem aetat Alexandrinorum antiquissimae sunt assignanda, haud procul a vera ratione aber Wilamowitzius in numeris, quibus Arae illius originem, hoc autem simul est subductis tempora, per quae Theocritus in Co insula vixit, circumscripsit, anno 270. Attamen nunc eis, quibus orta sunt duo illa Hieronis et Philadelphi enc accuratius definitis ultimus terminus non in 270, sed certe iam in 274, probal nisi fallor, iam in 280 anno collocandus et fortasse pro 285—270 potius 29 dicam 292—285, scribendum est. Nam nunc quidem unusquisque, qui Vahlen tationes probat, etiam cetera Theocriti carmina, quae non Alexandriae, sed in S partim fortasse in Magna Graecia[35]) extiterunt, non posterioribus poetae annis, s quos, si quid video, e Co redux complures in patria peregit, impertire malet. Mi nego potuisse eum etiam post Philetae mortem, cum ubique saevirent atrocissima aliquod tempus in quieta illa insula manere. Philetam autem, ut regrediar ad refutandum, quamquam eum propter debilitatem corporis ad summam usque sene videri progressum esse R. Schulzeo[36]) concedo, fere ab anno 340[37]) usque ad

---

[26]) Suid. s. v. Ζηνόδοτος. Schol. Nicand. Ther. 3, cf. n. 83.

[27]) Suid. s. v. Φιλητᾶς. ἐγένετο δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου.

[28]) V. Rud. Schulze. Quaestiones Hermesianacteae, Lips. MDCCCLVIII. (Diss. Bon Consentit Couatus l. l. p. 35.

[29]) L. l. p. 12 sq.

[30]) L. l. p. 20.

[31]) L. l. p. 35 („sans doute"). 38. 41.

[32]) De Lycoph. Al. l. l.

[33]) Qua de re cf. Wilamowitz. l. l.

[34]) Velut XI. Vid. v. 11.

[35]) Si de IV° et V° e scaena hoc concludere licet.

[36]) L. l. p. 13. 14 sq.

vel certe, si monumentum eius ab Hermesianacte in tertio libro Leontii apud Athen. XIII. 597 b sqq. v. 75 sqq. commemoratum non, ut multa alia, ab hoc poeta fictum est et post mortem demum Philetae si ei erectum erat, usque ad annum 385 aut 383 degisse cur sumere non liceat, equidem non intellego. Et Theocritus si iam ante annum 295 in eius disciplina fuisset, Coum fortasse, ne incerta quidem, sed verisimiliora spernamus, simul cum praeceptore aut paulo post hunc reliquisset: quod si nobis sumimus, nimis longum tempus viginti trium fere annorum in favore potentium frustra quaerendo trivisset. Neque ante annum 292 (ne dicam 290), si res supra allatas reputamus, scholam suam aperire potuit Erasistratus: si igitur revera non condiscipulus, sed praeceptor erat Niciae, etiam horum duorum commercium virorum non potuit locum habere iam ante annum 295: at nolo hanc rem urgere, ne circulum in demonstrando faciam aut saltem (ut enim Metrodorus septuaginta quinque annos natus Niciae magister fuerit anno 295, ne hoc quidem verisimile est) facere videar.

Cum tamen in tota hac computatione cum certis minus certa commixta sint, videamus anne e vitis Callimachi et Arati certiora elici queant. Non dubium est, quin alter eorum alterum de facie cognoverit, id quod nusquam alibi posse nisi Athenis factum esse[38]) probe intellexit Rohdeus[39]) vitae Arati Latinae[40]) his verbis usus: *factus est autem nimis multum litteratus vir: testatur Callimachus adsistens ei ab infantia propter Praxiphanem Mytilenum.* Quae si cum loco vitae Graecae 1. p. 54, 74 sqq. W. *μέμνηται γοῦν αὐτοῦ καὶ Καλλίμαχος ὡς πρεσβυτέρου οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην, πάνυ ἐπαινῶν αὐτὸν ὡς πολυμαθῆ καὶ ἄριστον ποιητήν*[41]) comparantur, sequi videtur eos

[37]) Inter annos 348 et 340 diem eius natalem ponit Ritschelius Die alexandrin. Bibliotheken, Opusc. I. p. 66 (81 sq.), inter annos 340 et 336 Couatus.

[38]) Nisi forte Callimachum quoque credere volumus in Co fuisse et in Thalysiis absconditum esse sub Aristis agnomine Arato illius maxime familiaris (99 sqq.), cuius supra (p. VI) mentionem feci. Sed non licet hariolari.

[39]) Der griechische Roman, Lips. MDCCCLXXVI, p. 99 sq. n. 3.

[40]) V. 38 sqq. Breys.

[41]) Ex his Graecis verbis simul adhibitis, etsi non certo, tamen cum probabilitate quadam concludendum esse puto Praxiphanem ut Callimachi ita etiam Arati fuisse praeceptorem, id quod cur ex solis Latinis, quamvis simplex haec videatur eorum per se spectatorum esse sententia, colligere non liceat, recte exposuit Rohdeus. Haud supervacaneum erit repetere quae scripsit vir doctissimus: „Die unbehülflich, aber gewiss wörtlich übersetzten „Worte *assistens ei ab infantia* mögen griechisch etwa gelautet haben *συστὰς* (technischer Ausdruck, z. B. Apollo„dor. bei Laert. V, 9, vielleicht auch *συνών*, wobei man an ein Contubernium des Kallimachus und Aratus denken „mag, wie in den von Lehrs Aristarch. p. 16 ed. I behandelten Fällen) *αὐτῷ ἐκ νέου*, und es scheint, dass Kalli„machus solch eine Jugendbekanntschaft mit Aratus *ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην τὸν Μυτιληναῖον* (denn diesen Titel „geben ja wohl die lateinischen Worte *propter Praxiphanem Mitilenum* wieder: vgl. vit. Ar. I. p. 54, 75 W. „O. Schneider Callim. II, p. 350 sq." [Concedo hoc, etsi paulo post v. 42 sqq. interpres pro *ἐν τῷ πρὸς Διόδωρον* reddit potius *in quo apud Diodorum* et pro *πρὸς Ἀντίοχον apud Antiochum* et antea v. 8. pro *πρὸς τὰς Ζωίλου κατηγορίας apud Zoilum accusationes* et v. 34. pro *πρὸς τοῦτον apud eundem.*] „Wörtlich verstanden „liessen uns freilich die lateinischen Worte den Praxiphanes als gemeinsamen Lehrer des Kallimachus und Aratus „erscheinen. Durch den Zusatz *Mitilenum* wird, beiläufig gesagt, die Vermuthung zur Gewissheit, dass des „Kallimachus Praxiphanes „„der erste Grammatiker"" war, denn diesen nennt Klemens ausdrücklich einen Myti„lenäer) erwähnt habe. Wenn nun also Kallimachus mit Arat in jugendlichen Jahren irgendwo zusammengelebt „hat, so kann man dabei schwerlich an einen anderen Ort als Athen denken: denn diese Stadt ist die einzige, „in der nachweislich sowohl Arat als Kallimachus einmal sich aufgehalten haben. In diesem Falle würde man

contubernales fuisse et Praxiphanis peripatetici auditores, et hunc Mitylenaeu discipulum[42]) eundem illum esse Praxiphanem, cui[43]) Callimachus libros *πρ*ι inscripsit et, ni fallor, in hoc opere, in quo Arati se ipso maioris natu, licet iuvenis esset, arta secum sodalitate coniuncti variam doctrinam praedicavit, g temporum memoriam revocabat, etiamsi haud dubie non in hac sola re totum libı versabatur. Itaque relicta Co Aratus Athenas se contulerat, ibique postquam audivit[44]), ad Zenonem[45]) et stoicam sapientiam se applicavit, unde factum est, si recte conicio[46]), etiam in Antigoni Gonatae stoicorum fautoris notitiam, c gratiam veniret et anno 276, cum regnum Macedoniae ille cepisset, una et Philonide stoicis in aulam eius se conferret[47]). Callimachus autem, cum hy Iovem, si O. Richterum[48]) sequimur, iam anno 285, sin rectius Couat annos certe 279 et 275 editus sit, nisi iam aliquanto vel paulo saltem anno fere 280 a Philadelpho in huius aulam est vocatus, postquam interea Eleusine fuit in suburbio (*κωμυδρίῳ*) Alexandriae[50]). Ergo Atticam iam reliquei 285 vel certe 282, et Wilamowitzium scio censere illis ipsis temporibus ult

---

„wohl Athen als gemeinsamen Studienort der Beiden sich zu denken haben". Ceterum cf. etia 23 sqq. *ἐγένετο δὲ σφόδρα πολυγράμματος ἀνήρ, ὡς μαρτυρεῖ Καλλίμαχος.*

42) Procl. in Plat. Tim. 5 C. Prolegg. in Hesiod. p. 3 sq. Gaisf. Cf. Preller De Pı patetico inter antiquissimos grammaticos nobili, Ausgew. Aufss. p. 93 sqq. Zeller l. l. p. 899. n

43) Non „adversus quem", ut voluit Preller l. l. p. 97. Quamquam utrumque signific praepositione notissimum est, neque certa ego propono, sed quae verisimillima mihi videntur. reliquit O. Schneider l. l.

44) Fortasse etiam Eretriae Menedemum, sed cur hoc minus credam, dixi in n. 6.

45) Vit. Ar. 3. (quam Spori grammatici esse nuper demonstravit Maassius noster) p. 2 *δὲ ὁ Ἄρατος Ζήνωνι τῷ στωικῷ φιλοσόφῳ, καὶ γέγραπται αὐτῷ ἐπιστολὴ πρὸς τοῦτον.* Si reapse Per quem pro Zenone affert vit. 4. p. 60, 10 (cf. n. 47), certe hic adiuvit tantum Zenonem in scholis nimis infirma est huius vitae quartae fides. Id quod contra Ritschelium l. l. p. 71 (88), Usenerum breviter monere hoc saltem loco sufficit. Praeterea v. n. 59.

46) Cf. Wilamowitz. Antig. v. Kar. p. 141.

47) Laert. Diog. VII, 6. 9. 36. cf. IV, 46, licet hic de Arato taceat. Suid. v. *Ἄρ.* Vit. sqq. Vit. Ar. 3. p. 58, 15 sqq. = Ar. gen. v. 22 sqq. Vit. Ar. 4. p. 60, 5 sq. 10 sq. *σχολάσας* (an *συσχολάσας*) *Περσαίῳ τῷ φιλοσόφῳ Ἀθήνησι καὶ συνελθὼν αὐτῷ εἰς Μακεδονίαν μεταπεμφθέντι ὑπ' Ἀντιγόνου* *εἰς τὸν Ἀντιγόνου καὶ Φίλας γάμον.* Et audiendus est Rohdeus l. l. p. 65. n. 9: „wohl nicht zuf eben als Festdichter kam er nach Macedonien gerade zur Hochzeitfeier der Beiden". Certe primi illius carminis, quod regi recitavit, hymni in Pana Arcadium (v. n. 6), optime quadrabat in ptiale, siquidem rectissime coniecit Usener l. l. praedicatas in eo esse laudes dei, quippe qui P Gallis iniecto Antigonum adiuvisset, ut victoriam de eis reportaret, qua sibi viam ad Macedoniam patefecerat, quod adeptus pace facta cum Antiocho Sotere, eius privignam et ex patre sororem Phila et Seleuci Nicatoris filiam (cf. p. VIII) in matrimonium duxerat. Miror Couatum, quod l Roeperi Zu Aratos, in Philol. IX. 1854. p. 551 sqq, sententiam has nuptias adventumque poetar sophorum in annum 272 post Pyrri mortem reicientis, satis illam a Koepkeo l. l. p. 3 sqq. ref tere potuit. Quamquam de Timone et Alexandro Aetolo rem dubiam esse concedo, v. n. 6 et 62.

48) Kallimachus Hymnen auf Zeus und Apollo. Zwei Momente im Leben des Ptolemaeus (Guben. MDCCCLXXI). p. 1 sqq.

49) L. l. p. 200 sqq.

50) Suid. s. v. *Καλλίμ. πρὶν δὲ συσταθῆναι τῷ βασιλεῖ, γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖ τῆς Ἀλεξανδρείας.*

aut primis Philadelphi hymnum in Cererem his Eleusiniis ab eo esse scriptum, quae coniectura valde mihi placet. Utut vero haec res se habet, iam saltem per aliquod ante annum 280 tempus Callimachus et Aratus communi philosophiae et litterarum studio Athenis fuerant coniuncti, et Callimachus anno fere 280 iam satis clarus vir erat vix triginta annis minor vel certe multo minor. Natus igitur est non demum, id quod cum H. Keilio[51]) voluerunt Rohdeus[52]) aliique, anno demum fere 296, sed iam anno fere 310 vel certe inter annos, id quod Couatus statuit, 310 et 305, atque Athenas videtur venisse inter annos 292 et 290 (vel 289), nihilque moror Tzetzae[53]) mirum illum *νεανίσκον τῆς αὐλῆς*, praesertim cum in translatione Latina (scholio Plautino) potius *aulicus regius bibliothecarius* legatur et recte forsitan O. Schneider[54]) mutilum esse totum locum atque sic reficiendum: *ὡς Καλλίμαχός ⟨τέ φησιν, ὃς⟩ νεανίσκος ὢν ⟨ἔτι τότε καί οὔπω ἐπὶ βιβλιοθήκης ὢν⟩ τῆς αὐλῆς κ. τ. λ.* coniecerit. Accedit quod quanta neglegentia laborent temporum significationes in hac Tzetzae relatione inde apparet, quod Eratosthenes appellatur Callimachi *ἡλικιώτης*. Aratus autem, etsi maior natu quam Callimachus, tamen, cum eius fieri posset condiscipulus, haud multis annis maior erat. Rectius igitur Linckeus[55]) et Couatus[56]) natale eius tempus ille inter 316 et 312, hic inter 315 et 310 quam Ritschelius[57]) inter 308 et 300 annos, Rohdeus[58]) fere 305, Koepkeus[59]) fere 301 anno posuerunt: ego annum fere teneo 315. Post Callimachum, nisi fallor, Athenas petivit inter annos 290 et 288 haud longo tempore postquam ad festum messorium iter fecit Theocritus: id quod credo, ne Callimachum nimis iuvenili aetate ante duodevicesimum vitae annum se ad studia litterarum altiora vertisse, neve Aratum aetate nimis demum provectum ad studium philosophiae transiisse et per nimis breve tempus hunc in Co, illum Athenis bonis litteris animum iuvenilem excolentes vixisse mihi sumere facile cogar. Neque aliter atque de Arati iudico de Theocriti anno natali, quem iam anno fere 320 in lucem editum toto saltem lustro aetate anteivisse Arato cur cum Couato[60]) credam nescio, immo utriusque aetatem fere eandem fuisse e Thalysiis summa cum probabilitate colligendum esse arbitror. Et viginti fere quinque annorum iuvenem eum esse

---

51) Ioannis Tzetzae scholiorum in Aristophanem prolegomena, in Ritscheli Opusc. I. p. 233 sqq.

52) L. l. p. 100. n.

53) L. l. in Mus. Rhen. VI (1847). p. 117, 14 (in Ritscheli Opusc. I. p. 206). O. Schneider Callimachea II. p. 298.

54) L. l. p. 299.

55) De Callimachi vita et scriptis, Hal. MDCCCLXII, p. 8.

56) L. l. p. 46—48.

57) L. l. p. 71 sq. (88).

58) L. l. p. 100 sq. n.

59) L. l. p. 19. Persaeum recte Koepkeus l. l. p. 6 anno fere 305 natum esse putat, cf. quae ipse monui in Annal. philol. CXXV. 1882. p. 738. n. 7. Vix igitur hic philosophus praeceptor erat Arati reapse decem fere annis natu maioris, id quod recte negavit etiam Couatus l. l. p. 47. Dionysius autem Heracleota et ipse Arati condiscipulus non, ut traditur in vit. Ar. 1. p. 54, 57 sqq., Aratum instruxit, sed, ut recte narratur in vit. 2. p. 56, 7 sq., ab Arato instructus est in rebus mathematicis. Primus, quantum scio, perspexit hoc Wilamowitzius Antig. v. Kar. p. 125. n. 5. Cf. Laert. Diog. VII, 167. *ἔπειτα δὲ* (int. *ὁ Διονύσιος*) *καὶ Ἄρατον ἀπεδέχετο ζηλῶν αὐτόν.*

60) L. l. p. 41.

existimo, cum faciat hoc iter, nondum cum Phileta et Asclepiade, sicut dix sed qui haud mediocres iam sibi peperit laudes poeticas (v. 27–41). Si reapse est Alexander Aetolus, etiam hanc ob causam mihi iam ante annum summus flos fuisse videtur sodalici Coi: nam Philadelphus ut statim haud di initium bibliothecam condere maiorem Alexandriae incepit, ita etiam haud du vit viros illos doctos, quos ordinandis libris tum collectis tum colligendis pr Zenodotum Alexandrum Lycophronem[61]), idque eo magis puto, quia iam no Alexandrum deprehendimus in aula potius Antigonae Gonatae versantem[62]). sint, scaena Thalysiorum incidit inter annos fere 292 et 289: scriptum ver supra (p. IV) dixi, hoc carmen Alexandriae a senescente iam, nisi fallor, po

Nunc enim res tandem eo perducta est, ut de Apolloni Rhodii aeta Uterque qui nobis eius vitam tradidit scriptor, cuius rei ante complures iam monuit Wilamowitzius, ita loquitur, ut eum, postquam semel Alexandriam re semper mansisse crediderit: alterius contra vitae additamentum fabulam illam c dum quam postea dicitur Alexandriam rediisse, bibliothecae maiori esse prae cum inimico Callimacho eidem sepulcro illatus esse[63]), et Suidas[64]) quoque hoc eum Eratostheni in administranda bibliotheca successisse. Quam vero exigua s narrationis dudum a Bernhardyo[65]) merito reiectae, quodammodo iam app *τινὲς δέ φασιν*. Couatus[66]) cum sine ulla dubitatione eam ut olim Ritsche piat, natum esse Apollonium censet anno demum fere 260, at hymnum nihil machi in Apollinem, cuius ultimis versibus 105 sqq. Apollonium tangi inter o anno tribuit 248, ut Callimachus, id quod recte monet Kaibelius[68]), cum pu annorum bellum gessisse putandus sit. Verum quidem est Couato[69]) ut Merk

---

61) Tzetz. l. l. p. 110, 1 sqq. (in Ritscheli Opusc. I. p. 199 sq. 206). Schol. Pla Anon. de com. (ibid. p. 124, 4 sqq. 125, 42 sqq.). Cf. Suid. s. v. *Ζηνόδοτος*.

62) Vit. Ar. 3. p. 58, 15—18 = Ar. gen. v. 23 sqq. Nisi eum post Pyrri demum mort tulisse credere malimus. Certe propter causam supra allatam minime existimo, id quod voluit p. 105, eum prius apud Antigonum commoratum esse quam apud Ptolemaeum et inde ab anno c etiam posteriore tempore (cf. n. 47) in ordinanda bibliotheca Alexandrina operam locasse. In trago a Timone Phliasio adiutus est aut Alexandriae aut Pellae aut utroque loco, v. quae monui in r enim ex Antigono Carystio ap. Laert. Diog. IX, 113 ante verba ibi exscripta: *ἦν δὲ (ὁ Τίμων)* *καὶ διαμυκτηρίσαι· φιλογράμματός τε καὶ τοῖς ποιηταῖς μύθους γράψαι ἱκανὸς καὶ δράματα συνδιατ* *δίδου δὲ τῶν τραγῳδιῶν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ὁμήρῳ.*

63) Vit. Apoll. 2. p. 52, 9 sqq. *τινὲς δέ φασιν ὅτι ἐπανῆλθεν εἰς Ἀλεξανδρείαν καὶ αὖθι* *ξάμενος εἰς ἄκρον εὐδοκίμησε, ὡς καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τοῦ Μουσείου ἀξιωθῆναι αὐτὸν καὶ ταφῆνα* *τῷ Καλλιμάχῳ.*

64) S. v. *Ἀπολλ. καὶ διάδοχος Ἐρατοσθένους γενόμενος ἐν τῇ προστασίᾳ τῆς ἐν Ἀλεξανδρε* et s. v. *Ἀριστοφάνης*, v. n. 74.

65) L. l. $II^3$, 1. p. 363.

66) L. l. p. 49 sq. 51. 228 sqq.

67) L. l. p. 67 (82) sqq.

68) Deutsche Litteraturzeitung 1882. p. 1749.

69) L. l. p. 229. n. 7. p. 512 sqq.

70) Prolegg. in Apoll. Rhod. p. XIX.

que hos versus videri posteriore demum tempore ab eo additos esse, attamen ipso mortis Callimachi tempore, si recte hoc annis fere 240 et 235 circumscripsit Couatus, Apollonius his calculis adhibitis iuvenis demum fuisset viginti vel quinque et viginti annorum, sin rectius id usque ad annos 230—225 differemus, ne sic quidem tunc ultra tricesimum vel tricesimum quintum progressus esset. Contra si fabulam illam repudiamus, nihil impedit, quominus longiore ante Eratosthenem tempore anno fere iam 290 in vitam venerit Apollonius, ut certamen inter eum et Callimachum iam paulo postquam Theocritus Alexandriam pervenit, anno fere 272 initium sumere potuerit. Fortasse tamen sufficit diem eius natalem anno fere 280 impertire, ut rixa exarserit fere anno 262[71]). Thalysia enim vix scripta esse ante annum 255 crediderim: tantum ex eis elucet desiderium, quod poetam, si recte sentio, tenet in vinculis aulicae vitae iam senescentem iuventutis feliciter ac libere peractae.

Pauca habeo quae adiciam de Zenodoto, Eratosthene, Aristophane Byzantio aliis. Eratosthenes anno fere 276, cum Callimachus popularis iam per complures annos in aula Ptolemaeorum commoraretur, natus postquam in urbe haud dubie patria Cyrene a Lysimacho grammatico, qui ibi sedem et domicilium habebat, fortasse etiam inde oriundus erat, deinde, si omnino, ut narratur, Callimachi disciplina utebatur, Alexandriae ab hoc viro clarissimo eruditus est, Athenis vixit, donec mortuo Callimacho ab Euergete praepositus est bibliothecae maiori Alexandrinae[72]): cui, ut nunc quidem patet, praefuit usque ad diem supremum senectutem octoginta unius vel octoginta duorum annorum adeptus[73]) inter annos a. Ch. 196 et 194. Quam in rem, si Aristophanem Byzantium non Apolloni, sed Eratosthenis successorem fuisse in hac bibliotheca administranda putamus, optime quadrat, quod hic vir hanc provinciam teste Suida ex altera lectione sexaginta duos, ex altera sexaginta quattuor annos natus suscepit[74]). Nam eum septuagesimo septimo aetatis anno regnante Ptolemaeo quinto Epiphane, hoc est inter annos 204 et 181[75]), e vita excessisse accepimus: ergo si eum ad sexaginta quattuor annorum aetatem provectum anno a. Ch. 196 Eratostheni successisse sumimus, natus est anno 260, mortuus 183: hoc autem si verum est, nihil reicere cogimur, nihil corrigere in verbis Suidae[76]), qui eum puerum a Zenodoto, adulescentem a Callimacho, post ab Eratosthene instructum esse tradit. Contra Couatus[77]), qui eius vitam annis definivit fere 250 et 188, non potest non contendere

---

71) Si tenemus verba vitae 1. p. 50, 4 sq. *τοῦτον δὲ λέγεται ἔτι ἔφηβον ὄντα ἐνδείξασθαι τὰ Ἀργοναυτικά*, quamquam antea legitur v. 4. *ὀψὲ δὲ ἐπὶ τὸ ποιεῖν ποιήματα ἐτράπετο.* Haec repugnantia quomodo extiterit et quomodo explicanda et removenda sit, nescio.

72) Suid. s. v. *Ἐρατ. μαθητὴς φιλοσόφου Ἀρίστωνος τοῦ Χίου, γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου καὶ Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ. μετεπέμφθη δ' ἐξ Ἀθηνῶν ὑπὸ τοῦ τρίτου Πτολεμαίου. . . . ἐτέχθη δὲ ρκϛ' ὀλυμπιάδι.* Praeterea v. n. 64 et cf. Strab. I. p. 15.

73) Suid. l. l. *διέτριψε μέχρι τοῦ πέμπτου* (int. *Πτολεμαίου*) . . . *ἐτελεύτησεν π' ἐτῶν γεγονώς.* Censor. de die nat. 15. Pseudo-Lucian. Macrob. 27.

74) Suid. s. v. *Ἀριστοφ. προέστη τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης μετ' Ἀπολλώνιον ἔτος ἄγων ξβ'* (sic BVE, *ξμ'* A, *ξδ'* cet.).

75) Suid. l. l. *διέτεινε δὲ μέχρι Πτολεμαίου Φιλοπάτορος καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν βασιλεύοντος.*

76) L. l. *μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου (ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσε)* et s. v. *Ἐρατοσθ. μαθητὴν ἐπίσημον καταλιπὼν Ἀριστοφάνην τὸν Βυζάντιον.*

77) L. l. p. 50 sqq. cf. p. 34. n. 2.

Zenodoti disciplina eum nunquam, Callimachi puerum, Eratosthenis adulesce
Etenim si cum eodem Couato[78]) Zenodotum, cum Philadelphum pater eiu
socium anno 285, triginta quinque vel quadraginta annorum fuisse statuimus,
eodem viro doctissimo eum annis fere 324—320, quin immo si etiam ulteriu
eum iam annis 330—325 in lucem editum esse putamus, tamen nihil proh
vitam perducere potuerit ad octogesimum quintum aetatis annum mortuus fer
245 vel 240[79]). Aristarchus autem, utut tempora ordinamus, Aristophanis
cum is iam esset maturioris aetatis: natus enim inter annos 217 et 215,
annos 145 et 143[80]), etiamsi in Aristophanis aetate determinanda vellemus C
certe triginta tribus annis hoc viro minor erat, neque tamen vidéo, quid ob
potius a. Ch. fere 200, cum sexagenarius iam esset praeceptor, vel paulo ant
draginta quinque quam ille minor, factus demum sit illius discipulus. Quae cu
qui nuper de quarto Aristophanis magistro Euphronio Chersonesita ratione ad
bili egit, commilito noster Carolus Stechertus[81]), utrum idem postea fieri
Aristarchi praeceptor, non debebat hoc in medio relinquere (vix enim profecto
debebat locum corruptum Schol. A Hephaest. p. 64 Gaisf. (p. 188, 22 sqq. W
*δὲ ὅτι τούτου τοῦ Εὐφορίωνος γέγονεν ἀκροατὴς Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικός, οὐ*
*φάνης τοῦ τοῦ Βυζαντίου* ita corrigere, ut cum Bergkio scriberet *Ἀριστοφάνη*
sed ut cum Westphalio etiam ductibus litterarum traditis multo magis conven
*φάνους τοῦ Βυζαντίου*: nam si quid sapio, vitium inde est ortum, quod nominu
in errorem inducti Aristophanem commutabant cum Aristarcho, cum revera ni
ditum esset nisi illum ab Euphorione quoque essse institutum, semel vero illius
supposito facile fieri posset, ut iam adnotaretur non solum Aristophanis aud
Aristarchum, verum etiam Euphorionis.

Denique Hermesianactem ego quoque e prioribus fuisse credo Philetae
propter argumentum a R. Schulzeo[82]) allatum, quod haud mihi admodum firm
quia non solum *γνώριμος*, sed etiam *φίλος τῷ Φιλητᾷ* perhibetur[83]), sed propter
Pausania I, 8, 7 (8) nobiscum communicatum, quod, quamvis e silentio petitum
esse puto, dico tertium et ultimum Leontii librum scriptum esse ante Colopho

[78]) L. l. p. 34.

[79]) Suidas s. v. *Ζηνόδοτος* postquam dixit Zenodotum Ptolemaeo primo regnante vixisse (
*γεγονὼς τοῦ πρώτου*), filios regis ab eo educatos esse refert, *καὶ τοὺς παῖδας Πτολεμαίου ἐπαίδευσε*
id quod monet Couatus l. l. p. 33 et p. 34. n. 2, aut Philadelphi filii aut confusus est cum I
Philadelphum instruxerit.

[80]) Refert de eo Suidas s. v. *Ἀρίσταρχος* haec: *τελευτᾷ δ' ἐν Κύπρῳ ἑαυτὸν ὑπεξαγαγὼ*
*νόσῳ τῇ ὕδρωπι ληφθείς.* Cyprum autem haud dubie venerat profugus, cum Ptolemaeus VII
potitus fratris filio Aristarchi alumno interfecto etiam fautores omnes et amicos pueri persequere
Schmidt. in Philol. VII. 1852. p. 365. Lepsius Ueber einige Ergebnisse der Aegyptisch
Berol. MDCCCLIII, p. 49.

[81]) De Lycophrone Euphronio Eratosthene comicorum interpretibus, Gryph. MDCCCLX

[82]) L. l. p. 12. Repetit Couatus l. l. p. 32. 35.

[83]) Schol. Nicand. Ther. 3. *ὁ Ἑρμησιάναξ [οὗτος] φίλος τῷ Φιλητᾷ καὶ γνώριμος ἦν.*

macho dirutam, hoc est, id quod demonstravit Rohdeus[84]), si minus ante annum 287, certe tamen ante annum 281. Accedit quod poetica eius ratio sapere videtur tempora, quibus nondum plena florebat Callimachi auctoritas: certe Antimachi Lyden admiratus et imitatus est Hermesianax[85]), vituperavit et respuit Callimachus[86]) meliore iudicio usus. Utrum rectius Schulzeus[87]) inter annos 328 et 320 an Couatus[88]) inter annos 330 et 326 Hermesianactem natum esse opinetur, difficile sane est dictu.

Unum superest, ut Couati tabulae meam opponam. Et illa quidem haec est:

| | natus est | bibliothecae praefectus | mortuus. |
|---|---|---|---|
| Philetas | 340—336 | | 285 |
| Hermesianax | 330—326 | | ? |
| Zenodotus | 324—320 | 282—280 | ? |
| Theocritus | 320—315 | | ? |
| Alexander Aet. | 320 | | ? |
| Aratus | 315—310 | | 245—240 |
| Callimachus | 310—305 | ? | 240—235 |
| Eratosthenes | 276—273 | 240—235 | 196—193 |
| Apollonius | 260 | 196—193 | 188 |
| Aristophanes | 250 | 188 | 173 |
| Aristarchus | 217—215 | 173 | 145—143, |

mea vero haec:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Philetas | f. 340 | | 285—280 |
| Hermesianax | 330—320 | | ? |
| Zenodotus | 330—320 | 285—283 | 245—240 |
| Theocritus | f. 315 | | post 255 |
| Aratus | f. 315 | | ante 240 |
| Alexander Aet. | f. 315 | | ? |
| Nicias | f. 315 | | ? |
| Callimachus | f. 310 | 245—240 | 230—225[89]) |
| Apollonius | 290—280 | | ? |
| Eratosthenes | f. 276 | 230—225 | f. 196 |
| Aristophanes | f. 260 | f. 196 | f. 183 |
| Aristarchus | 217—215 | f. 183[90]) | 145—143. |

---

84) L. l. p. 75 sqq. n. 1.
85) Cf. quae disseruit Couatus l. l. p. 91 sqq.
86) Fr. 74b. *Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν.*
87) L. l. p. 12.
88) L. l. p. 35 sqq.
89) Callim. Epigr. 23, 6. Stat. Silv. I, 2, 253: *senex.*
90) Si omnino bibliothecae erat praefectus: nam in mera coniectura hanc rem positam esse notum est.

Cum haec typis iam impressa erant, novam dissertationem Belochiu kritos Hieron" inscriptam in Annal. philol. CXXXI. 1885. p. 366—368 divu carmen Theocriti XVIum anno aut exeunte 263 aut ineunte 262 scriptum Vahlenum demonstrare conatus est. Urgente tempore nequeo rem ea, qua c tione denuo examinare: nolo tamen dissimulare me nondum poenitere iudici, quod disquisitionibus feci. Immo quam solam attulit rationem Belochius memoratu 274–270 cum pax esset inter Carthaginienses et Syracusanos Hieroni admodum exopta tantas ineptias Theocrito tribui ratus, ut hoc ipso tempore bellum praediceret, quo ut aliquando Poenos Hiero e Sicilia expelleret, ea iam antequam proposita est, qu Vahleno[91]) refutata videtur, et revera si non satis apte ac prudenter, id quod n verim, tales spes Theocritus, qui poeta erat, non politicus, in medium protulit i quo multum Hieronis intererat, ne Carthaginienses irritaret, fortasse haec ipsa re movit, ut Theocriti Gratiis Musisque favorem suum denegaret. Iam enim priusquam commentatio prodiret, ego quidem nunquam potui assequi, quomodo poeta, si reaps complures annos Alexandriae commoratus Ptolemaei Philadelphi liberalitatem su bus extulisset (XVII, 106—120. XIV, 60 sqq. cf. XV, 106—111), a se impetr scriberet, quae in huius carminis v. v. 5—67 legimus[92]), maximeque miror B gravissimam hanc offensionem, quae sententiae ab eo defensae obstat, plane sile euntem[93]). Sed non minus altum est eius silentium de aliá re mihi satis a Vah bata, nusquam dico sermonem esse de propinquo bello cum Carthaginiensibus ge ea, quae aliquando in his rebus futura sint tempore posteriore, a poeta vatis in monstrari, et omnino non ea, quae iam perfecta sunt ab Hierone, praedicari, sed perficiet, si spes haud fallet Theocritum. Quapropter nequaquam credo, quae est opinio, eam ob causam non regem illum in hoc carmine appellari, quia ipse sempe ne nimis sentirent cives hanc regiam eius potestatem, sed, id quod recte me quid vidit Vahlenus, quia nondum rex erat, cum hoc carmen ei dedicaret Theocritus ipse illud cavit, inde tamen non sequitur silentium de hac dignitate etiam ab aliis postulatum: immo si reputo, qualis sit natura hominum, vereor ne, si carmen ortum d anno 263/2, tale silentium Theocrito maius in vitium vertere cogamur quam vaticination de Carthaginiensibus aliquando e Sicilia eiciendis, si anno fere 274/3 est prolata. Sed i re alii aliter iudicent, id saltem minime concedo, de victoria, in qua ut in nulla alia re bellica gloria nitebatur, e Mamertinis ad Longanum anno 270 reportata ut item tacet p tacendum ei fuisse anno 263/2, quia tunc Mamertini non ut antea hostes, sed una cum socii Syracusanorum essent: non enim video, cur non utramque rem habilis poeta ita coniungere, ut pristinae cladis memoria nullum odium novis sociis excitaret.

---

91) L. l. p. 840.

92) Si natus est Theocritus anno fere 315, num omnino credibile videtur eum usque ad an aut 362, hoc est usque ad quinquagesimum secundum fere vitae annum frustra fautores sibi quaesiviss

93) Quamquam eam minime neglexit Vahlenus l. l. p. 841 sq.

Ergo quamquam paulo fortasse confidentius, quam par est, supra locutus sum p. VI, tamen nunc quoque quae ibi proposui aut vera mihi videntur aut vero saltem proxima, et nunc quoque credo encomium extitisse Hieronis inter annos 274 et 272 et encomium Ptolemaei inter annos 272 et 270[94]). Certe Theocritus postquam illud frustra obtulit Hieroni, relictis Syracusis Alexandriam transmigravit neque ante annum 273 neque post annum 270.

[94]) Cf. etiam Wilamowitz. Antig. v. Kar. p. 220. n. 41: „ein gedicht für den dortigen rhapsodenagon ist der hymnos auf Delos von Kallimachos, der in die Zeit der ptolemäischen suprematie fällt. er ist beeinflusst durch den Ptolemaios des Theokritos, der noch in den siebziger jahren gedichtet ist".



'I,
et
ım
ni,
.

so-
ist





